



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ieremiæ Prophetæ Threni Carmine redditi

Latomus, Jacobus

Antverpiae, 1587

Gvilielmi Estii, Sacræ Theologiæ Professoris, ad Iacobum Latomum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69084)

3

GVILIELMI ESTII, SACRÆ
THEOLOGIAE PROFESSORIS,
ad Iacobum Latomum.

TEMPORIBVS *letis Psalmorum leta
sonabant*

Carmina, te plectro percutiente lyram.

*Tristia temporibus subierunt tempora letis,
Protinus in luctum versa Camæna tua est.*

Quæq; suis olim Solymis lamenta canebat

Vates incensa mæstus in urbe sedens,

Heu nimium vero tu nunc ea, quando Latinis

Ornasti numeris, omine, nostra facis.

Scilicet haud alio melius, quàm carmine tali

Plorabit casus Belgica terra suos.

Sed si flere iuuat miseros, animiq; dolorem

Subleuat artificii facta querela sono:

Hæc aliquod tua (mæsta licet) modulatio fiet

Solamen nostris, & medicina malis.

Carminis ergo sacri dum vim tot cladibus æger

Percipit, authorem carminis orbis amet.

A 2

ADRIA-